BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 128
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

t lxx n cm i

Hic est de quo scriptum ē. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui praeparabit uiam tuam ante te.

Quod grece angelus hoc latine nuntius dicitur. Recte ergo qui nuntiare supnū iudicem mittatur. ut dignitatem seruet in nomine quā expleat operis gone. Aliud quidem nomen ē. sed ut a nomine inferior non ē. sed omnes qui sacerdotii nomine inferiores censentur angeli uocantur. Prophēta adtestante quia. Labia sacerdotis custodient scientiam: et legem requirunt ex ore eius. quia angelus dni exercituum ē. Necnon et iam unusquisq: fidelium In quantum sufficit In quantum gratia supne aspirationis accipit. si a proximitate proximum reuocat. si ex ostari ad bene operandum cuiuit. si ad aeternum regnum uel supplicium eternum denuntiat. Cum uerba sancta ē adnuntiationis impendit. profecto angelus existit.

R t lxxi n cm ii

Dico enim uobis maior inter natos mulierum pphēta iohannes baptista nemo est.

Inter mulierum inquit natos. hi sergo p̄ferunt hominib: quidem mulierib: nati sunt et decon cubitu uiri et noneti qui ē natus ex uirgine et spiritu sancto quā quam in hac sententia non ceteris pphētis et patriarchis cunctisq: hominib: iohannem praeferat. sed iohanni ceteros exaequat. Non enim statim sequitur ut si alii maiores eo non sunt ille maior aliorū sit uerum ut aequalitatem habeat cum ceteris scis.

Qui autem minor est in regno dei maior est illo.

R A

Haec sententia duob: modis potest intellegi. aut enim regnum dei appellat quod nondum accepimus. et in quo nondum sumus. Unde in fine dicturus ē. Uenite benedicti patris mei percipite regnum. et quod ibi sunt sci angeli quilib: et in eis minor maior ē. utq: quolib: sancto et iusto postante corpus quod corrumpitur et grauat animā aut si regnum dei intellegi huius temporis ecclesiā. Cuius filii sunt omnes ab institutione generis humani usq: quo quot iusti et sancti ēē. potuerunt. profecto seipsum dns significat quot nascendi tempore minores erant iohanne. Maior autē diuinitatis aeternitate et dominica potestate. pinde secundum priorem expositionem ita distinguitur. Qui autē minor ē. in regno dei. Ac deinde subinfertur. maior ē illo. secundum posteriorem ita. Qui autē minor ē. Ac deinde subinfertur. In regno dei maior ē illo.

t lxxii x sot

Et omnis populus audiens et publicani iustificauerunt dm baptizati baptismo iohannis.

A

Iustificatur ds ipse p baptismū dum se homines peccata p̄pria confitendo iustificant. sicut scriptū ē. Dicta In iniquitate tua ut iustificeris et iustificatur in eo quia non contumaciam refutatur. sed p iustitiā uel munus agnoscitur. Iustus enim dns et iustitiā dilexit. In eo ergo iustificatur deus ē. si non ad indignos et noxios. sed ad innocentes p̄ablutionem factos uideatur et iustus sua munere ut ex stulis sē. dauid quoq: dicit. Tibi soli peccaui et malum coram te feci ut iustificeris in sermonib: tuis et uincas dum iudicaris.